



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCLX. Bischof Jaromar von Camin beurkundet den von ihm und dem  
Fürsten Wezlaw von Rügen einerseits, mit den Markgrafen von  
Brandenburg Otto, Konrad, Johann und Otto andererseits über die Grenzen  
des ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**CCLX.** Bischof Jaromar von Camin beurkundet den von ihm und dem Fürsten Wezlaw von Rügen einerseits, mit den Markgrafen von Brandenburg Otto, Konrad, Johann und Otto andererseits über die Grenzen des Bisthums Camin und des Pommerlandes, über die Gebungen der Kirche zu Camin in dem letztern, und über gegenseitig zu leistenden Beistand, geschlossenen Vertrag, am 5. November 1292.

Nos Jaromarus, dei gratia Caminensis ecclesie confirmatus\*), et Wezlaus, eadem gratia princeps Ruyanorum, recognoscimus protestantes, Quod cum Illustribus principibus dominis Ottone, C., Johanne et Ottone, marchionibus de brandenburg et Landesberg, placitauimus in hec verba, Quod distinctionem Episcopatus Caminensis et terre pomeranie de parte utraque quatuor militibus commisimus terminandam, Ex parte vero nostra Jaromari, confirmati ecclesie Caminensis, Dyetleuo Zliezen et Johanni Romeloni, ex parte vero marchionum jam dictorum Zulis et Ludolfo fratribus de wedele. Superior autem terminationis distinctionum erit dominus Otto, Comes de Euerstein. Preterea de terra Pomeranie quidquid de ea ad dominos marchiones, auuculos nostros jam dictos, et ad patrem nostrum dominum W., principem ruyanorum, deuolutum fuerit, de quolibet manso, de quo integer pactus datur, solidus denar. Colbergenfis monete dabitur nobis et nostre ecclesie perpetuo Caminensi. De manso vero, qui soluit dimidium pactum, dabuntur tam nobis ac nostre ecclesie denarii VI. Hac vero de causa post obitum Domini Maltwini, ducis pomeranie, toto posse et iuuamine fideliter in omnibus iuuabimus dominos marchiones et patrem nostrum antedictos principes, et claufuras nostras eisdem principibus aperiemus. Pro tali vero iuuamine marchiones memorati dabunt nobis CCCC<sup>tas</sup> marcas argenti, et dominus pater noster, dominus W. princeps ruyanorum, nobis dabit totidem. Item domini marchiones et pater noster principes sepedicti habebunt in terra et ciuitatibus nostris emendi cibaria plenariam facultatem. Nec nos nec marchiones nec pater noster sepe memorati principes et domini suam aliquam acceptabunt, sine alteriusque voluntate. Omnia et singula predicta inconuulsa permanebunt, saluis tamen priuilegiis seu ordinatione, habitis inter nos et Jaromarum, confirmatum Caminensem, et dominos marchiones, auuculos nostros sepe dictos, super impetitione, quam habebant ad terram Colbergensem, que restaurata est per terram kirkowe. Vt igitur hec omnia obseruentur, presentes damus literas nostris sigillis roboratas, adhibitis testibus. Actum et datum Angermunde, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXII<sup>o</sup>., quarta feria post Omnium sanctorum.

Nach dem Copialbuche des Geh. Kab.-Archives I. C. 4 in quarto Bl. 56. — Gercken's Cod I., 245. — Die Zeugen sind im Copialbuche nicht genannt.

\*) Das Wort Episcopus vor confirmatus ist in dem Copialbuche weggestrichen.